

Vengeance et révolution – p. 9

Lucius Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus regum, imperium perdidit. Nam filius ejus, Tarquinius Junior, nobilissimam feminam Lucretiam et pudicissimam, Collatini uxorem, stupravit. Eaque de injuria marito et patri et amicis questa fuit, et in omnium conspectu se occidit. Propter quam causam Brutus populum concitavit et Tarquinio ademit imperium. Hinc pro uno rege duo consules creati sunt, ut, si unus malus esse voluisset, alter eum, habens potestatem similem, coerceret. Expulsis regibus, consules fuerunt Lucius Junius Brutus et Collatinus, maritus Lucretiae.

D'après EUTROPE, *Abrégé de l'histoire romaine*, I, 8-9.